



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Litterae testimoniales ordinum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

de potest. Episcop. alleg. 7. num. 5.

- 2 Quæ nondum plene habuerunt suum effectum, data à quocumque, possunt à successore reuocari. *Rebuff. arg. cap. si qua de rebus 12. quest. 2.*

Litteræ testimoniales ordinum.

- 1 **D**Entur eodem modo, quo dimissoria, & sub eisdem pœnis Trident. *sess. 21. cap. 1.*
- 2 Si in litteris plurium ordinum mentio fiat, Notarij tamen ne vltra decimam auri partem accipiant. *Prou. 3.*
- 3 Si perdantur neque possint probari per se testes, delato iuramento in subsidium, non erit veritum concedere dimissorias ad alios ordines. *Congregat. Episcop. 4. May 1604. apud Naldum Ordo numer. 15.*
- 4 Obteno rescripto Apostolico pro recipiendis ordinibus à quocumque Episcopo, necessariae sunt litteræ testimoniales proprii Ordinarij de vita, & moribus alias incurritur suspensio ab executione ordinum, & à collatione per annum ab ordinante. *Tolet. lib. 1. cap. 29. num. 4.*
- 5 Nisi in eodem rescripto (quod solet fieri) concedatur, inconsulto Ordinario proprio.

ADDITIO.

- 1 **L**itteris testimonialibus Regulatum, in quibus sit testimonium de ordine præcedenti suscepto, est adhibenda fides. *Mascard. de probat. concl. 1145. in fine.*
- 2 Litteræ testimoniales de vita & moribus dandæ ordinandis extra tempora, si desint recipienti primam tonsuram, nõ incurrit suspensio, decisum refert *Tolet. lib. 1. cap. 49. num. 4.*

Locorum piorum cura.

- 1 **L**Oca pia sunt ea, quæ auctoritate Episcopi fundata sunt Sylu. *V. Loca. quest. 4.*
- 2 Regulæ certæ constituantur ad pietatem aptæ tum à præfectis, & ministris, tum à pauperibus obseruandæ maximè precandi certis horis, & doctrinæ Christianæ tradendæ. *Prouinc. 5.*
- 3 Tollantur commestationes, quæ pietatis specie fieri solent à sodalitatibus, & cæteribus diebus festis, proposita pœna. *Prou. 1.*
- 4 Bona locanda publicè proponantur facta omnibus cõducendi potestate. *ib.*
- 5 Exceptis debitoribus loci. *ibid.*
- 6 Conductores dent idoneos fideiussores. *ibid.*
- 7 Quæ loca pia non sunt instituta ad pecuniam mutuò dandam, eorum administratores ne vlla causæ specie cui quæ, nec etiam vniuersitati loci, aut vicinijs dent mutuo. *Prouinc. 2.*
- 8 Si dederint, aut ipsimet acceperint, statim amoti sint, & per sex annos nullius pij loci administratione sint digni. *ibidem.*
- 9 Præfectus eorum locorum, qui huic rei consenserit, excommunicationis subeat pœnam. *ibid.*
- 10 Collectæ fieri possunt semel in mense, & in quatuor anni temporibus, pro ijs, qui præ pudore ostia im mendicare nõ audent. *Prou. 4.*
- 11 Oblationes loco pio fiant sine musicis instrumentis excepto organo. *Prouinc. 2.*
- 12 Quæstores sint eiusdem Diœcesis, bonæ estimationis, & famæ, neque ex eorum numero, quos Concil. Trident. damnat. *Prou. 1.*
- 13 Non cedant quæsitæ loco pio extra Diœcesim; officium fiat gratis, vel certa mercede statuta. *ibid.*
- 14 Nullo modo sint participes eleemosynarum. *ibid.*
- 15 Puellæ non quaritent. *Prou. 2.*
- 16 In erogandis eleemosynis alendisque pauperibus testatorum voluntates adimpleantur, cum testimonio Parochorum, consilioque, & aliorum piorum virorum. *Prou. 4.*
- 17 Distributiones omnes notentur in libro distinctè. *ibid.*
- 18 Qui malè distribuerit, ei pœna sit dupli restitucio, & grauior, arbitrio Episcopi. *ibid.*
- 19 Administratores tenentur quotannis reddere rationem administrationis Ordina-